

meam. Cum intrauerimus domum aë-  
moris, coagulabitur corpus meum, &  
ero in uacuitate mea.

Respondit Sol, si feceris hoc, & non  
intuleris mihi nocumentum ô Luna,  
& reuertetur corpus meum, postea no-  
uam dabo tibi uirtutem penetrationis,  
postquam potens eris in prælio ignis  
liquefactionis & purgationis, ex qua  
ibis sine diminutione & tenebris, sicut  
aë & plumbum, & non impugnaberis,  
cum non sis rebellis.

Beatus qui cogitat in eloquio meo,  
nec dignitas mea ipsi negabitur, nec  
uilescet per carnem infirmatus Leo.  
Quod autem successisti mihi, non ne-  
go aptum augmentum plumbi. Igitur  
desinet lux mea, extinctus est decor me-  
us, quoniam capient de aëre mei mun-  
di corporis, & à pinguedine de plum-  
bo uerificato, in syllogismo pondus eor-  
um absq; sanguine hircorum, & discer-  
nit uerum à falso. Ego ferrum durum  
siccum, ego fortis pistans, omne bonū  
per me est, & lux secretum secretorum  
per me generatur, nec res est agens a-  
ctionem meam. A v Quod